



QUOMODO INSTRUMENTA TECHNICALIA AC IURIDICALIA AETATIS NOSTRAE AD OECOLOGIAE POLITICAS PROMOVEDAS PRAESTENT

Róbert HORKA



ENVIRONMENTAL POLICY TOOLS 2020

PRAEFATIO

Magni momenti ad homines omnes est, quod mundi universae res oeconomicae anno MMXVII plus quam centum milliarda tonnas opum e natura attrahebantur ad energias fabricandas, aedes infrastructurasque moliendas, alimenta et res varias consumptionis humanae conficiendas, sive vestimenta sive telephona, ut exemlo utamur. Toto enim orbe telephonorum numerus maior est hoc tempore hominibus nec non pro certo habendum est, quia anno MMXXX massa tunicarum emptarum pondo XCII milliones tonnas superabit. Sunt autem et census quibus significatur homines cunctis rebus suis, praeter unam vero centessimam partem, non nisi per semestrum unum uti, quo autem semestro expirato abiecta sunt sine ulla molis recensione.

Haec omnia illam ad rationem spectant, quod maxime rem oeconomicam quae dicitur linearem nunc exequimus, in qua nova semper opes e fontibus naturalibus lucentur, quae ad opera fabricanda adhibentur, quae rursus emptoribus venduntur, quae post spatium brevem exercendi ad recrementum convertuntur.

At quidem pestilentia COVID-XIX dilatante res oeconomicae globales usque adeo submersae sunt, ut in recessionem commercialem nequiores magno discrimine oeconomico praecipitari possint. Sub his conditionibus autem, magis quam vias et rationes commerciales pristinas reanimare conari, pollicita est Commissio Eurpaea oeconomicam novam circulatoriam atque durabilem constituere.

Oeconomiae huius circulatoriae ratio simplex esse videtur, in qua enim opibus semel ac iterum utantur usque adeo, ut cuncti materialium cursus ad consumptionem plenissimam directi sint. Id est profusionem illam extremam opum et materialium, quae certe profusio simul pollutionem circumiectorum naturalium augeatur, talibus fabricationalibus, distributionalibus, mercatorialibus dispositionibus succedere, quibus non solum res aptas ad diuturnam applicationem constantur repraesentantes consilium oecologicum vulgo „ecodesign“ appellatum, sed quibus etiam ad eorum optimam perfectamque exercitationem repetitam appropinquetur.

Colloquium itaque sub nomine „Instrumenta ad politicas oecologicas promovendas in anno MMXX“ habitum hoc sequatur, ut fundamento fiat ad informandum peritorum et doctorum, magistratum et moderatorum, ad experientias invicem communicandas, novos quoque eventus scientificos circa naturalia circumiecta participandas.



CONTACT ADDRESS

Róbert HORKA

Faculty of Roman Catholic Theology of Cyril and Methodius Comenius University in Bratislava